

Secundus phisicorum.

suppositum igitur. Item mathematica non agunt sed accidens separatum a quantitate est ens mathematicum ergo non agit maior est philosophi. iii. methaphysi. Et. S. L. dicit. i. q. v. er. ii. ad quartum q̄ entia mathematica abstrahunt a ratione finis et sic non habent rationem mouentis.

Secundo. s. de ge. dicitur q̄ agens et paciens debent communicare in materia sed accidens cū nullo communicat in materia. Item accidens separatum non est extensum ergo non habet modū q̄ titutum et per consequens non est actius patet consequentia q̄ ad hoc q̄ agens naturale agat oportet q̄ sit approximatum passo approximatio autē fit se cūdum situm qui conuenit tantum extēsis et quātis. Tertio si accidens separatum haberet suā actionē ergo species intelligibiles separate ab intellectu poterunt intelligere et potentia currendi separata ab homine poterit currere. Item tunc accidens separatum posset moueri quia grauitas separata ageret ergo descenderet quod tamen est falsum quia nihil mouetur nisi corp⁹. Itē tūc aliquid citra deū esset sua potentia activa quia caliditas separata ageret per suā essentiā sicut quando erat in subiecto. Itē si accidens separatur per miraculū ergo cessante miraculo et approximata substātia accidēs naturaliter faciet se inherere substantie a qua pri⁹ fuit separatum p̄z sic q̄ prius fuit separatum p̄ miraculū ergo cessante miraculo reb⁹ existētib⁹ i sua natura nō erit apli us separatum et sic albedo effectiue faciet subiectū albū. Itē si accidens habet miraculose p̄ se esse ergo h̄z esse substātie q̄ p̄ suū esse q̄ est in esse nunq̄ pot habere p̄ se esse vel p̄ se subsistere q̄ subsistere est de predicamento substantie non auctemesse accidentis.

Quarto arguitur pro avicenna q̄ titas impedit actionem sed omne corpus est q̄tum ergo nullum agit aīis p̄z q̄ ponderosa non possunt moueri ergo q̄titas impedit motū. Itē forma nō fit ex aliquo q̄ non h̄z in materiā partē sui ergo creatur ergo ē a solo deo. Itē accidens nō transit de subiecto i subiectū ergo actio corporis nō pot trāsire in aliquid passū.

Quinto vel de⁹ et natura agūt vna operatione vel duabus non primum quia sunt alterius nature et vna operatio non potest esse in duobus nec secūdū quia due operationes non possunt terminari ad idē factum forte dicis q̄ terminātur ad idē secunduz prius et posterius. Contra natura immediate attin git effectum et similiter deus igitur. Item conservare rem non est operari per illam rem sed de⁹ nō agit in rebus nisi eas conservando et eas instituit vt possent sine alio operari ergo deus non operatur in rebus si enim operaretur hoc esset aliquid conferēdo rebus sed tunc quero an illud sufficit ad hoc q̄ res naturalis agat absq̄ concursu dei vel non si primū ergo eadem ratione potest dici q̄ virtus naturalis sufficiebat si secundum tunc oportebit q̄ iterum aliud faciat s̄nteq̄ res agat et sic in infinitum.

Sexto tunc idem produceretur necessario et contingenter quia a deo res producuntur libere et per consequens possunt non produci et a natura producuntur naturaliter ergo necessario. Item actio dei et creature distinguitur ergo possunt separari ita q̄ erit actio creature sine actione dei. Item tunc voluntas non esset libera quia nō potest agere nisi supposita actione dei sed non est in sua potestate q̄ de⁹ agat. Item deus est causa sufficiens ergo superflue ponitur actio creature. Item deus producit totum vel partem effectus si primum ergo agens naturale

nichil facit si secundum ergo alteram partem agēs naturale producit se solo.

Septimo in generatione hominis de⁹ se solo producit animam ergo hoc etiam potest teneri in generatione aliorum animalium q̄ scilicet solū disponūt materiā ad susceptionē forme si enim dicas q̄ celus sufficit ad producendum animalia genita ex putrefactione pro quanto agit in virtute intelligentie ergo etiam celum agens in virtute intelligentie cū homine poterit producere animā ipsius hominis. Forte dicis q̄ materia est in potentia ad animā vegetatiū et sensibiliē pon autē ad animā rationalem. Contra. Ex anima rationali et materia fit ens naturale per se ergo materia se habet vt potentia. Itē non se quitur homo generat hominē ergo producit animā rationalem ergo etiam non sequitur in alijs rebus. Octavo arguitur q̄ per generationem naturalez non producatur forma naturalis quia forma presu it ante generationē igitur. antecedens p̄z q̄ phūs dicit in. xv. de animalibus q̄ virtus q̄ est in semine est sicut filius de domo patris egrediens sed filius ē anteq̄ egrediatur de domo et est eiusdem speciei cū patre ergo semen est eiusdē speciei cū patre ergo habet animam q̄ adhuc est in patre. Item arguit q̄ i semine nō est principiū actiū generationis ipsius forme q̄ tunc idem corrumpet se quia ad introductionem illius forme sequitur corruptio seminis et per consequens omnium accidentium eius. Itē principiū uniforme non est principiū actiū diformitatis nisi passuum sit diforme sed semen est uniforme et unigenium et similiter materia ergo nō potest alterari ad tantam diueritatem quanta apparet organis ipsius geniti scilicet corporis organici.

Mono arguitur q̄ substantia agat non mediante qualitate quia subiectū producit esse ctiue suas potētias scđz. S. L. i. q. lxx. vii. ar. vi. ad fm. et nō mediāte alia qualitate. Itē aqua calida reducit se ad frigiditatē et non mediāte alia qualitate. Forte dicis q̄ inanima non mouent se et per consequens q̄ aq̄ non reducit se ad frigiditatem. Contra forma est magis natura q̄s materia est principiū passuum motus naturalis ergo forma est principiū actiū. Forte dicis q̄ aqua reducit se ad frigiditatem actualē per aliquam qualitatem q̄ vocatur frigiditas virtualis et hec est instrumentum forme substantialis. Sed contra forma substantialis aque non distat ab aqua ergo non requirit instrumentum. Item in primo instanti esse ipsi⁹ aque tunc producit istam frigiditatem virtualem queritur ergo mediante quo. Forte dicis q̄ aqua est diformiter frigida et ideo vna pars alterat aliam et eam reducit ad frigiditatem. Sed contra a proportione inequalitatis non fit actio ergo pars que est calidissima non potest ab alia reduci ad frigiditatem. Item lapis seclusa grauitate inclinatur ad descendendum deorsum ergo potest sine alio medio producere motum deorsum. Item illa forma est immediatum principiū agendi in qua generans et genitum assimilatur sed generatum assimilatur maxime generanti in forma substantiali. Secundum quid autem sibi assimilatur in accidentib⁹ ergo forma substantialis sine alio medio est principiū actionis. Item nisi substantia immediate produceret accidens procederetur in infinitum. Item substantia est prius accidente ergo actio substantie est prior actione accidentis sed in illo prior accidens non agit igitur.